



Disputatio medica inauguralis continens positiones ex universa medicina desumptas

<https://hdl.handle.net/1874/340697>

22

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
CONTINENS

Positiones ex Univerſa Medici-
na defumptas,

Q U A S,

DIVINO FAVENTE NUMINE

Ex auctoritate Magnifici Rectoris,

D. JOHANNIS van MUYDEN,

Jur. Utr. Doct. ejuſdemque Facultatis in Illuſtri hac Academia

Ultrajectina Profeſſoris Ordinarii,

N E C N O N

Ampliſſimi Senatus Academici conſenſu, & Alme

Facultatis MEDICÆ Decreto,

P R O G R A D U D O C T O R A T U S,

Summiſque in M E D I C I N A honoribus, & Privilegiis
ritè, ac legitimè conſequendis.

Eruditorum Examini ſubjicit

R E G N E R U S de L O V E R, S M E C A F R I S I U S.

Ad diem 8. Julii, horà locoque ſoliis.



T R A J E C T I a d R H E N U M,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae
Typographi, clō lōc LXXXVII.

DISPUTATIO MEDICA
ANNO 1735
CONTRA

Positiones ex Universis Medicis

na delimitas

1735

DIVINO FAVENTE NUMINE

Ex auctoritate Magnifici Rectoris

D. JOHANNIS VAN MUYDEN

Mag. Linc. Doct. et Licent. Facultatis in Illustri Academi

Universitatis Professuris Ordinarii

RECITON

Mag. Linc. Doct. et Licent. Facultatis in Illustri Academi

Universitatis Professuris Ordinarii

PRO GRADU DOCTORATUS

Summius in MEDICINA honoribus et Privilegiis

habet, et legitime consequenda

Mag. Linc. Doct. et Licent. Facultatis in Illustri Academi

UNIVERSITATIS TRAJECTI AD RHENUM

Mag. Linc. Doct. et Licent. Facultatis in Illustri Academi



TRAJECTI AD RHENUM

Ex Officina Typographica H. A. M. A. A. A. A. A.

Typographi, de hoc LXXXVII.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
CONTINENS
Positiones ex Univerſa Me-
dicina deſumptas.

THEſIS I.



Medicina eſt ars meden-
di humanæ valetudini.

I I.

Ea ſanitatē ægris
promittit.

I I I.

Primo medendi ſcientiæ ſapientiæ
pars habita quidem fuit, ſed ut illam
diſciplinam primus ex omnibus me-
moriam dignis à ſtudio ſapientiæ ſepa-
ravit Hippocrates: ita, quæ nunc Me-
dicina audit, pars Philoſophiæ non eſt.

I V.

Hanc non ratio invenit, ſed expe-
rientia, poſtquam inventam, ratio
quæſita eſt.

A 2

V. Sa-

4 DISPUTATIO MEDICA

V.

Sanitas est dispositio corporis, tum fluidi, tum solidi, functionibus edendis convenienter apta.

V I.

Ea potissimum radicatur in bona constitutione & mixtione spirituum, sanguinis, reliquorumque humorum & succorum.

V I I.

Morbus est mala dispositio partium, vel fluidarum, vel solidarum, vel utrarumque, varie conjuncta vel disjuncta.

V I I I.

Hunc morbosum statum depellere, sanitatemque conservare medici munus est.

I X.

Sanitatem vero præstare non medici, sed naturæ opus est.

X.

Quare recte Hipp. Natura morborum

I N A U G U R A L I S .

borum medicatrix, Medicus naturæ
minister dicitur.

X I.

Hoc ut agat Medicus, corpus hu-
manum primo cognoscat, opus est.

X I I.

Cui jungenda notitia mediorum
ad medendum sanandumque requisi-
torum.

X I I I.

Prius Physiologia & Anatome tra-
dit. Utriusque ergo cognitio necessa-
ria & summe utilis.

X I V.

Posterius Chirurgia, Pharmacia,
Chemia, ex regno vegetabili, anima-
li & minerali docent.

X V.

Ex Chirurgia Venæ sectio proscri-
bi nec potest nec debet.

X V I.

Neque cucurbitulæ.

X V I I.

Neque Fonticuli.

XVIII.

6 DISPUTATIO MEDICA

XVIIII.

Nec diversi Venæsectionis scopi,
data sanguinis circulatione, à medici-
na exulant.

XX.

Hoc qui negant, experientiam una
cum ratione in pleuritidis curatione
consulant.

XXI.

Idem confirmat sanguinis motus ad
superiora, & inferiora per truncos
arteriarum oppositos & contrarios,
ascendentem & descendentem.

XXII.

Quamquam in Pharmacoopia inu-
tiles sint plures aquę ex frigidis herbis
destillatę, non tamen sola aqua & ea-
rum & aliarum vices supplere potest.

XXIII.

Uti nec aqua & saccharum loco
tot syruporum esse possunt.

XXIV.

Neque oleum oliyarum pro tot
oleis

I N A U G U R A L I S. 7

oleis & per expressionem & per decoctionem paratis.

X X I V.

Retinendæ itaque plures Compositiones officinales tum aquarum, syrporum, aliarumque formularum.

X X V.

Quamvis & plurium vanitatem & farraginem plures jam dudum demonstraverunt.

X X V I.

Ut enim Galenici multos errores commiserunt, ita non minus Chemicus suos habent.

X X V I I.

Præter quos chemicorum errores, cum multæ in præparationibus medicamentorum chemicorum irrepant fraudes, merito hæc ars in quibusdam suspecta putatur.

X X V I I I.

Atque adeo peritum & probum requirit artificem.

XXIX. Quo

X X I X.

Quo dato, in omnibus chemicæ præparationes & medicamenta Galenicis non sunt anteponenda.

X X X.

Qui purgantia medicamenta & purgationes ex usu medico, ut noxia & deleteria removenda putant helleboro indigere videntur.

X X X I.

Illorum loco pro evacuandis humoribus sudorifera medicamina præscribere, sudoresque movere & urgere, crassam ignorantiam & corporis humani & virium particularumque medicamentorum arguit.

X X X I I.

Hæc qui prætextu rationis & scientiæ Philosophicæ jactant, se minimè rationales aut medicos aut philosophos profitentur, verum contra omnem & rationem & experientiam duo medicinæ fulcra misere offendunt.

F I N I S.